



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

§. 1. De adulterio & pœnis raptis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

detentionem, nec alia pateat ratio adversus in-  
justum invasorem, Lefl. 2 De Iust. cap. 9. Dub. 8.  
num. 49.

Qui plura de hoc crimine desiderat, legat  
Auctor d.c. 5. & 6. Alciat Tract. De singulari cer-  
tunis. P. Greg. Tholos Syntag. Iuris universi.  
43. cap. 16. ubi plura de forma duelli tradit, Na-  
tum in Manual. cap. II. nū 391. &c. 13 n. 9.

## TITULUS XV.

## De Sagittariis.

1. *Sagittarius quis dicatur.*
2. *Quis Ballistarius.*

**P**rohibetur hoc Titulo ars ballistariorum & sagittariorum; quia & haec cauillam homicidio præstatte solet, ut confititus illi haultiles, quos vulgus torteamente vocat, & duella, Di-  
cendumque eos similiter irregulatitatem incur-  
tere, qui artem illam sagittariorum vel ballista-  
rum exercent, ubi, quando, & adversus quos  
non decet aut licet, neque adversus Christianos  
& Catholicos, idque sub pena excommunica-  
tionis, c. nonic. b. t.

1. Sagittarius autem hoc loco sumitur pro eo,  
qui jacula seu sagittas emitit ex arcu seu balli-  
sta, non quidem majori, cuius eriam in bello  
usus fuit, ut constat ex Cic. lib. 5. Ep. ad Attie.  
Magna, inquit, tormentorum copia, multis sagit-  
tariorum, magno labore, apparatu, multis lauciis  
ex nostris, incolumi exercitu negotium confe-  
cimus.

2. Ballistarius vero dicitur, qui ballistā uti-  
tur, non quidem minori, hodieque passim com-  
moni, sagittas ejaculante, cuiusque D. Hieron.  
meminit contra loriū. dum ait, *Ballista quanto  
plus retrahitur, tanto fortius emittitur;* & *Mann-  
ballista ab aliquibus appellatur:* sed majori,  
quæ machina fuit bellica sive genus quoddam  
tormentorum Romanis usitatum, jaciens faxa  
majora & graviora ad quassandos & exterren-  
dos muros: de quo & docte & curiosè I.  
Lipsius in *Polioreticis* sive de Machi-  
næ bellicis.

## TITULUS XVI.

## De Adulterio &amp; Stupro.

## §. I.

## De Adulterio &amp; pœnis illius.

1. *Adulterium & generaliter & specialiter su-  
mi.*
2. *Pœna adulterii de lute Civili & Canonico.*
3. *Hoc jure adulterum deprehensum cum uxore  
occidias non esse.*
4. *Pœna Clerici adulteri.*

**S**uperioribus Titulis actum est de homicidio,  
& quibusdam accubis, per quos ad homicidiu-  
m quandoque pervenitur, quibusque corpus  
& vita læditur proximi: sequitur ordine Deca-  
logi, id est legis antiquæ, decem præcepta con-  
cipientis, de adulterio & stupro (ita enim in præ-  
cepto est, *Non occides: Non mœchaberis*) cæ-  
risque illiciti concubitus generibus, quibus vel  
thorus proximi violatur vel pudicia læditur,

1. Quamvis vero Adulterium, generaliter  
sumptum omnem copulam, quæ non haber  
potestatem conjugii, comprehendat, *can. Nemo  
blandiatur & tolerabilior xxxii. q. 1 & Lex Julia  
de adulteris promiscuè Stuprum & Adulterium  
usurpet.* I. Inter liberas 6. D. eod. & I. inter stu-  
prum D. De verb. signif. tamen specialiter sum-  
ptum dicunt alieni thorii violatio *can. Non mœ-  
chaberis xxxii q. 5.* & quasi ad alterius thorium  
accessio; deque Jure Civili propriè in nuptam  
committitur, non autem in virginem aut vi-  
diuum: ac definitur, alienæ matrisfamilias cor-  
ruptio. Quamvis codem Jure etiam ad spon-  
sam extendatur, I. Propter 7. Cod. eod. quia spon-  
sa pro uxore habeatur, I. Si Sponsa 74. D. De jure  
dot. & quia neque matrimonium qualecumque  
spem matrimonii violare permittatur, I. Si uxor  
13 §. *Divi & si minor D. Ad L. Iul. De adult. li-  
cet hoc casu mitior pœna decernatur.* Verum Iu-  
re Canonico etiam in solutam mulierem à con-  
jugato committitur adulterium, *can. 19. & fin.*  
*xxxii. q. 5.* nam hoc jure eadem castimonia in  
marito requiritur, quæ in uxore, *can. Præcipit.*  
*can. Apud nos & d. can. fin. xxxii. q. 5.*

Ooo

Quod

2. Quod ad pœnas adulterii attinet, Jure quidem divino pœna utriusque delinquentis est lapidatio, *Deuter. 22. Exod. 20 c. Satis XXXII.* q. 5. De Jure autem Civili, quando criminaliter agitur, ex L. Julia non videtur olim fuisse capitalis, sed vel deportatio, ut in militibus, l. 2. §. miles D. *De his qui not. infamia:* vel relegatio ut in paganis, l. *Si quis viduam.* D. *De questionibus:* ex posteriori verò jure, nempe ex l. *Quamvis Cod. Ad L. Iul. de adult. pœna lāguinis & gladii tam virō, quam fæminæ adulteræ interrogari cœpit, jam inde à tempore Justiniani, ut constat ex l. *Transigere Cod. de transact.* sed ea hodie in plenisque provinciis mutata est in pecuniam, vel aliam, dummodo abfuerit violentia, aut qualitas aggravans, Jul. Clarus §. *Adulterium n.* 7. circa finem, & latè Boët. *Decr. 297.* Et ex Justiniani *Novella 134. c. 10.* mulier adultera non punitur gladio, sed virgis ex aia in monasterium deruditur, potestate interim marito relata intra biennium eam reperendi. Quod & Jure Canonico videtur receptum, c. *Gaudemus sup de convers. conjugat.* Dolque hoc casu distribuitur certo gradu atque ordine inter descendentes, aequalentes, & monasterium, d. *Novel. 134. c. 10.* Si verò civiliter agatur, hoc est ad separationem thorii factâ separatione dos & donatio propter nuptias innocentis conjigi applicantur, *Novell. 117. c. 8. c. Plerumque 4. sup De donat. inter virum & uxorem.* Quamvis autem in hoc sint pares maritus & uxor, quod ob solum adulterium alterius agere possint ad separationem thorii, non tamen in lucro doris & donationis propter nuptias: nam uxor ob solum adulterium amittit dotem (nisi fuerit viro reconciliata, d. c. *Plerumque 3.*) matutus non antequam si frequenter cum alia muliere egerit & bis monitus non resipuerit, d. *Novel 117.* Insuper uxor in adulterio repta est infamis ipso jure, etiam antequam condemnatur per sententiam: adulter verò non sit infamis, nisi per sententiam. Cumque maritus, uxore adulterâ, solitus sit à jure solvendi ei debitum conjugale, ingredi monasterium potest, c. *Constitutus sup. De convers. conjugat.**

3. Ceterum Jure Canonico alter conjugum, sive maritus sive uxor, ob alterius adulterium agere ad separationem thorii potest coram Jure Ecclesiastico ad quem solum spectat eo causa cognitionis, c. *Ima 5. sup. De procur. c. 1. sup. De*

*officio Iud. ordin. cap. At si Clerici §. De adulterio sup. De judicis: nisi alter, v. g. maritus fecerit uxorem suam adulteram esse, vixit porrò cum eadem, non peracta pœnitentia, quia hoc calumnia & ipse reus erit ac particeps delicti, cap. *Sicut 3. hoc it.* vel nisi alter alteri adulterium obiciat, quia pars delicta mutua compensatione tolluntur, c. *penale & ult. hoc c.* Qua ratione autem Ordinarius possit ex officio procedere in causa adulterii, vide Concil. Trident. *Sess. 24. Deformat. matrim. cap. 8.* Sed & certis casibus ad hanc separationem agi non posse, jam ante diximus.*

4. Denique licet Jure Civili permisum fuerit marito, arque etiam patri, depictus adulterum cum uxore vel filia occidere certis casibus impune: id tamen de jure Canonico nullatenus permititur, can. *Inter hac can. Admonere vers. nam si virum,* can. *Si quod verum xxxi 11. q. 2.* Et hæc quidem jure Pontificia circa laicos statuta sunt, qui codem Jure etiam excommunicari debent, c. *cap. Intelleximus 6. hoc it.* ac pœnitentia subiici; imò & in monasterium detrudi possunt, *juxta communem.* Vide Covat. *De matrim. 2 p. 6. 7. n. 29.*

5. At verò Clericus, qui adulterium commisit aut confessus, aut convictus fuerit à judeice Ecclesiastico, deponendus est ab officio & beneficio & in monasterium detrudendus, ad perpetuam pœnitentiam agendum, can. *Si quis Clericus Diff. 1.* & damnatus de crimine justi modi est infamis *Abbas in d. c. At si Clerici §. de adulterio.* Imò Praesbiter infamatus ad solam confessionem mulieris adulteræ, assertis se ab eodem cognitam fuisse, non quidem condemnandus est adulterii, sed eidem, veluti suspecto de adulterio, indicenda Canonica est purgatio, cum manu quinta sui ordinis, id est cum quinque viciniis Praesbyteris: in qua purgatione si defecerit, ab officio suspendendus est, c. *Significasti c. b. 1. cap. Quam sit grave 9. inf. De excessib. Pralat.* Potest ramen Episcopus cum Clericis dispensare in adulterio & aliis criminibus inferioribus, c. *Cum non ab homine §. at si Clerici in fine sup. De judicis.* Si quando vero ob gravitatem delicti imponenda fuerit pœna sanguinis, adiri debet judeex sacerdotalis, c. *Sententiam c. Clericis sup. No Clericis sup.*

*No Clerici vel Monachi. &c.*

§. II. De